



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 105. Ladislaus puer adhuc quinquennis Rex Hungariæ proclamatus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

etiam, tot produnt indicia, ut merito ejus <sup>Sæcul. XV.</sup>  
fides in dubium vocari queat, præcipue, <sup>A. C. 1444.</sup>  
cum omnes Historici alto silentio obla-  
tas hasce Sultani nuptias prætereant, &  
unanimi voce testentur, quod Christo-  
phorus Daniæ Rex anno millesimo qua-  
dringentesimo quadragesimo quinto uxo-  
rem duxerit Dorotheam Marchionis Bran-  
deburgensis Filiam.

## §. CV.

*Ladislaus, puer adhuc quinquennis Rex  
Hungariæ proclamatus.*

Rege Ladislao in Varnensi clade extin- <sup>Thuros. cap.</sup>  
cto, orta est magna dissensio in Hun- <sup>44. Ep 45.</sup>  
gariæ, & Poloniæ Regnis, propter suc- <sup>Bonfin.</sup>  
cessoris electionem. Ac primo quidem <sup>3. Dec. 7.</sup>  
Hungari, qui nuper Ladislaum puerum! <sup>Dubrav.</sup>  
Alberti, & Elisabethæ Filium post Pa-  
rentis sui obitum repudiaverant, nunc  
cum in eis pristinus erga postremum Re-  
gem suum affectus resuscitaretur, & a-  
lhunde plurium ad hanc coronam adspি-  
rantium ambitionem refrænari vellent,  
juvenem hunc Principem ad regnum re-  
vocarunt, qui, quamvis necdum quintum  
ætatis suæ annum emensus fuisset, ta-  
men maximæ spei, & optimi Regis indi-  
cia præseferebat. Cum vero imbecilliæ-  
tate præpeditus, solus tanto regno admi-  
nistrando impar esset, nec populum, a-

H 4                    quo

Sæcul. XV. quo electus fuerat, matura satis prudens.  
 A.C. 1444. tia regere posset, delectus est in Regni  
 Gubernatorem Joannes Huniades, nomi-  
 nis sui fama longe celeberrimus. Ergo  
 Hungari ad Fridericum Imperatorem Re-  
 gis sui Patruelem, in cuius aula Ladis-  
 laus educabatur, præcipuos Regni Pro-  
 ceras ablegant, qui ab eo impetrarent, ut  
 novus eorum Rex subditos præsentia  
 sua honorare, ac cum illis in ipso Regno  
 suo morari vellet. Verum Hungari hanc  
 gratiam a Cæsare nec precibus, nec mi-  
 nis, imo nequidem armis, quæ Hunia-  
 des contra ipsum eo ex capite movit, ob-  
 tinere poterant; Friderico enim persua-  
 sum erat, Nepotis sui saluti nunquam sa-  
 tis consultum iri in gente, cuius indoles  
 nimium inconstans & rara inter se ani-  
 morum consensio esset.

## §. CVI.

*Poloni pro Regis electione con-  
 gregati.*

*Michov l. 4. n. 58.* Poloni, cum falsis rumoribus seducti, Re-  
 gem suum adhuc vivere, captumque  
*Crom. l. 22.* in quadam urbe detineri crederent, in  
 Thraciam, & Bulgariam Nuntios able-  
 garunt, qui de Regis sui fato certiora re-  
 ferrent. Attamen cum omnes explora-  
 tores tristem Ladislai obitum denuntia-  
 rent, Poloni Hungarorum exemplum fe-  
 cuerunt,